

mus loc. cit. Ita ergo quotidie possunt signari novæ, quia latentibus possunt fieri conspicuæ; maximè cum Deo visum fuerit certis seu novis stellis aliquid indicare singulare. Vide Fortun. Licetum lib. 5. de Novis astris. De his omnibus nihil agemus, sed tantùm de priscis constellationibus & earum influxu, prout ab Astronomis signantur.

9. Causam initij Anni à Januario, cum pridem à Martio, invenies in Plutarcho, Rom. 99. 18. sed potiorem apud Ovid. 1. Fastor. à v. 163. quod approbat Clavius, d. subdens: Congruentius sumi principium Anni à Solstitio hyemali, quam à vernali Equinoctio; quia Sol progrediendi sine dato, ad nos cursum respicit, lumen ejus augetur, tenebræ minuantur, tuncque patet quasi altera naturæ conversio.

Ovid.

Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis: Principium capiunt Phœbus & Annus idem.

Ovid. ibid. Et si Solstitium Brumale sit 22. Decemb. etiam post Calendarij correctionem, retinet Catholica Rom. Ecclesia Priscorum usum ex Jul. Cæsare, qui principium Anni in 1. d. Januarij constituit. Aufonius Edyl. 20. summam Mensis his versibus amplectitur:

Hic Jani Mensis sacer est, en aspice ut aris
Thura micent, sumant ut pia thura Lares
Annorum sacrique caput, natalis honorum,
Purpureos Fastis qui numerat Proceres.
Jane nove, primo qui das tua nomina Mensi
Jane bifrons, spectans tempora bina simul.

Aufon.

Constat ergo Mensis apud Romanos 31. diebus, quorum

PRIMUS DIES.

KALEND

1. Gradus 11. & secundus Decanus seu Decuria Solis stantis in Capricorno. Facies postulandi res, que fieri non possunt, cuius imago, Fœmina infundens aquam in vas periusum. Eborus, Genius, Præses, seu Patronus à Trismegisto, & Abenragel, dicitur Riruphra. Adi Kircher. Tom. 2. Oedip. cit. p. 2. class. 7. cap. 5. tab. 3. Incipit in hoc gradu Signi culmen, cuius facies Mars, de quo Jov. Pontan. lib. 3. Uran. canit: Quod medio fulsit radians Capricornus Olympo,

Capricorni cuncta.

Pontan.

Hinc etiam secreta poli, atque occulta Deorum Panduntur, variisque manent accommoda rebus Pectora, & ingenio questum nomen ab ipso est.

Imagines hieroglyphicæ Sphærarum.

Huic Decano variæ respondent Sphærae, de quibus in Prolog. §. 4. num. 3. Mulier super lectum sedens, cum qua est vitis. Piscis magnus, dimidium Plaustrum: Sphæra. Persic. Mulier nigra, operata pallio, & equitans: Sphæra. Indic. Finis Ursæ Minoris, pars Draconis, ala Cycleni dextra, cervix & caput: corpus Aquila volantis: Sphæra. Ægypt. Rex coronatus literas accipit à nuncio: Sphæra. Arab. Sol elevari incipit, longiusculi dies. Aquila & Corona occidunt: tempestatem significant, & efficiunt. Ptolem. Crater oritur matutino. Henric. Alsted. Uranom. Coxa dextra sequentis Gemini manè occidit. Francisc. Junctinus, K. Astro-

log. in Speculo. Ante Christi ann. 159. juxta Joann. Baptist. Ricciolum, lib. 5. cap. 19. Almagest. Tom. 1. insignis Solis eclipsis. Ab Albumasar dicitur quomodo figuretur à Græcis & indis ejuſmodi decuria, lib. 6. cap. 6. In secundo decano juxta Persas mulier (ait) lecticâ residens, cum qua piscis magnus & vitis, fons & plaustrum. Juxta Indos mulier nigris pannis ac sindone amicta, probans monetam, juxta sinicam habens. Apud Græcos apparct Ursæ minoris pars: cauda etiam Draconis cum parte corporis, qua pectus sequitur. Tunc ala Gallinæ cum rostro & collo: tum Telum, tum corpus Aquilæ, cum sine Sagitarij & Capricorni capite. Ibidem etiam pro intelligentia dicendorum, præmittit: Hæ sunt diversarum nationum inventiones celestium formarum per omnem circumculum supra terræ faciem: sive quasi faucibus quibusdam innotuit; eò quod gens Persica & Indica signata primum edidit. Ejuſmodi autem formas cum Persæ primum in orbe ad significationes advertissent; illic Indi superno ingenio arrepti altius conscendunt. Hinc Græci post Ægyptios in siderea regione constitentes, discreta stellarum intervallo fabulis suis adaptaverunt. Judicium Firmici, ut inquit lib. 8. capit. 28. undecimæ partis Capricorni; si in horoscopo fuerit inventa; aurifices, inauratores, & bractearios faciet.

Apud

Neomenia.

2. Apud Hebræos Neomenia. Sacrificia signantur Numer. 28. à v. 12. De festo plura præmissimus in Prolog. §. 2. n. 3. §. 3. n. 6. at finxerunt Talmudistæ, institutam fuisse Neomeniam à Domino, ut placere Luna; quæ valde tristes querebatur de illo injuria irrogata, ex eo quod ab ejus orbe secrevit Deus ingentem lucis portionem, splendorisque copiam, concesseritque Soli; cum primum utrumque fecisset luminare magnum. Delirant uti solent, & blasphemii: ita Ordin. 4. tract. 6. distinct. 1. Adi Lyran. in Genes. 1. 16. Sixt. Senens. 2. Biblioth. liter. T. & Alapid. in 1. Joann. 1. 5. Ab hac die coepit Moyses explanare legem populo Israël, in cuius coetu erant decies centies milleni homines: ab omnibusque distinctè, clarè ac promptissimè audiebatur voce plusquam Stentorea, inaudito miraculo (uti observat Leonard. Marius in Kalendar. Judaic. & in Deuter. 1.) cum jam esset annus quadragesimus ab egressu de potestate Pharaonica, Moysesque tunc esset 120. annor. Siccine perstitit per dies 36. in Campesribus Moab, ubi erant aurifodinae, & unde decursu temporis Elias raptus in cœlum: Adrichom. in Ruben, n. 53. Ita lex denuò indicta, postquam per Josue debellaverat Moyses cunctos Reges cis Jordanem. Deuter. loc. cit. & Sederolam, cap. 10. Appositè subdit Alapid. Sic Dominus Jesus prima die Januarij circumcissione sua, nomineque legem novam condere, eamque suo sanguine sancire coepit; ut merito hoc novi anni, novæque vite Christianis sit exordium: quod quidem portendit Moyses, dum eo die & mense promulgavit Deuteronomium. Hac ipsa die instituta pridem Circumcissio, præceptaque Abrahamo, & post duos annos est natus Isaac, juxta Eliam Reusner. ex Genes. 17. 10-21. 2. in Diar. historic. Vid. 29. Decemb. num. 2. At notandus ritus Judæorum in singulorum circumcissione, ad quam ornant Eliæ fellam, putantes spiritum Eliæ præire ante faciem pueri circumcidendi, pactum circumcissionis zelantem. Vide Sixt. Senens. 7. Biblioth. Sanctæ, de Marci Evangel. Contr. Anabaptistas. Patret, quam ludicrum, ex circumcissionibus ante illius existentiam. Magis ludicrum, quod astruit Rab. Josue Jebamoth, cap. Haboleths. ubi: Quis baptizatur, & non circumciditur? Ecce conversus de gentilitate ad veram fidem. Sic enim invenimus in matribus; scilicet in Sara & Rebecca, in Raabele & Lia; que fuerunt baptizate & non circumcise. Ride. Addit etiam hac in die post diluvium apparuisse cacumina montium: fallitur, quia 1. Decembr. Genes. 8. 5. Salomon mortuo

Fabula Talmudica de Luna.

Explanatio mirabilis Deuteronomij per Moysen.

Instituitur circumcissio. Nascitur Isaac.

Salomon regnat.

David, sedet super domum Israël, & Juda: Rabb. Abrah. 3. Reg. 2. 12. Fabulam de ejus annulo videbimus, 17. August. 3. Reijciuntur foemina alienigenæ à Judæis post reditum in patriam e captivitate Babylonica: Joseph. 11. Antiq. cap. 5. Vide 1. Mart. n. 4. A Genebrardo in K. præfigitur initium Anni arborum, de quo infr. Hodie etiam accidit ablegatio Judæorum ad Joannem Baptistam, de qua Joann. 1. 19. Reusner. (etsi Gifflandis signet, 15. April.) additque, anno Christi 33. per Samaritanos, quò non receptus, ægrè ferentibus filiis Tonitruum, iter direxisse in Jerosolymam; ex Luca, 9. 51. & Calixtus Placentin. in Supputat. Tempor.

A Judæis dimissa externa conjuges.

Christi gesta.

3. Hac enim sacra inveni: notanda & Ethnica, ut constat falsum, quod Claudian. canit in Mallij Theod. Panegy. v. 266.

Claudian.

Turpia non latios incestant nomina fastos. Apud Romanos Kalendæ. Dies Ægyptiaca juxta Gyrard. & Ranzon. tamenli famigeratus, quia initium anni, & electi Cofs. pro Regibus expulsis: Plutarch. Rom. 99. 18. Kalendæ totius anni dicatæ Junoni. Ovid. 1. Fastor. v. 55. & Alex. ab Alex. lib. 3. Dier. Gen. cap. 18. Officia incipiebant Reginae sacrorum, quæ omnibus Kalendis Junoni agnâ sacrum facere debebat: & pro insigni virgam ex malo punico capite ferebat, vocatam Miraculum. Alex. Neapolit. lib. 3. cap. 18. Potius, Inarculum, ut inquit Festus Pomp. lib. 9. & nos 24. Mart. n. 9. His in Kalend. ut notat Jul. Cæsar Bulenger. System. de Circo & ludis, cap. 7. à novis Cofs. exhibiti Circenses magna pompa: pridemque descendebant cuncti Magistratum Candidati ex Hortulorum colle in Campum Martium, & per suffragia qui Cofs. electi, in theatro publicè epulabantur: denique cum mappa missa esset, incipiebant ludi. Justinian. de Consulib. constitution. 105. Cæsiodor. lib. 3. Epist. 51. Tertullian. de Spectacul. cap. 29. Turneb. lib. 18. Advers. cap. 23. Mappa, qua Prætor signum quadrigis mittebat, ut e carceribus exirent. Idem Sueton. in Neron. cap. 22. Panvin. in Circens. lib. 1. cap. 14. Bulenger. d. cap. 16. Erasim. Chiliad. 3. Centur. 7. Adag. 81. Adrian. Jun. Centur. 4. Adag. 67. Juvenal. Satyr. 11. v. 191. Martial. lib. 12. Epigr. Unde Georg. Cedren. in Compend. Histor. fol. 139. inquit: Mappula nomen Romanis tali de causa usurpatur: mos erat, ut Cofs. in theatro epularentur: at postquam saturati convivio erant, manileque, quod manibus tenebant (quod & Mappa dicitur) projicerent, & certamen adornabant. Circenses hujus diei signat Sidon. Apollin. Panegy. de Urb. Narbon. à v. 271.

Kalendæ sacrae Junoni. Regina sacrorum.

Ludi Circenses.

Quid mappa missa?

Sidon. *Janus forte suas bifrons Calendas, Anni tempora circinante Phabo, Sumendas referebat ad Curules: Mos est Caesaris ut die bis uno Privatos vocitent parare ludos. Tum qua est janua, Consulunque sedes, &c.*

Colores Factionum. *In his ludis micabant colores Factionum, de quo, 9. April. Sidon. d. v. 287. Pars adversa facit, micant colores Albus & Venetus, Virens, Rubensque: Vestra insignia continent ministri.*

Idem. *Isidor. 18. Etymologor. cap. 41. Gentiles (infirmit) etiam colores equorum junxerunt: Roscos Soli, idest, Igni: albos aeri: prasinos terra, venetos mari assimilantes. Addit Solinus, cap. 47. Colorum varietate, accensis facibus ad cursus provocantur. Primis Regibus horum ludorum attribuitur institutio, ut asserunt Livius, 1. sect. 107. & Halicarnass. lib. 2. num. 39. At Plutarch. in Romul. huic hujusmodi spectacula tribuit. Causa refertur à Petro Alexandrin. in Chronic. pag. 261. seditio populi propter Remi necem Romae vigeat, maximè facto terremoto, Deorum nutu, quoniam illorum haud quieverat ira, licet Romulus pro fratre, ejus statuum auream in sella Curuli locaverat reverenter vel timide; ut dicemus, 23. Februar. num. 18. Romulus (inquit Alexandrinus) Circum in urbe designavit, quem Hippodromum dixit, ut seditiosa plebis motus compesceret: tumultuabatur enim adhuc, & Regem causâ occisi fratris creabat. Primum ergo equestre certamen, seu Circensis instituit in Urbe Soli, & subiectis illi quatuor elementis; terra & mari, ignique & aeri dicata sunt. Romulus ratus ea de causa Persarum Reges bella feliciter parare; ut qui quatuor naturae corpora venerarentur. Romae enim ante eum diem nullis elementis honor, nec festa lux ulla.*

Electio Cofs. *4. Hac dies fausta prorsus nonnunquam S. P. Q. R. electione Cofs. qui in Capitolium cum pompa ascendebant, & victimas Ambegnas (idest, juvencos, ad quorum latera utraque agni simul in sacrificium ducebantur) immolabant. Ritus apud Ovid. d. & 4. de Pont. Eleg. 4. à v. 23. Gyrard. Syn-tagm. 17. num. 34. & Rosin. lib. 4. cap. 5. Praecipuum tunc Cofs. munus in numerum Annorum figere clavum, vel ad depellendam pestilentiam, ut ait Tit. Liv. lib. 7. sect. 8. de quo 13. Sepr. Claud. Minos in Epist. 11. lib. 2. Plin. Scio (inquit) & alterum fuisse clavum, qui Septembris Idibus figebatur in sacrarum adium parietibus. Januario mense ineunte, Cofs. solabant clavum figere. Is autem clavus ancus, nonnunquam & ferreus in postico tem-*

pli pariete, quod Minerva dedicatum erat. Etiam primus Consul, omina fausta captaturus, annum novum aperiebat: Casiodor. lib. 2. Epist. 1. & Ovid. 3. Trist. Eleg. 3. v. 18. Hac die Imperatoris, aut Consulis tangenti purpuram, venia condonabatur quorumvis criminum. Smet. in Kalend. & Schild. in Sueton. qui crudelitatis arguens Tiberium, in eo, cap. 61. ait: *Animadversum est etiam, ineunte anno. Eadem Corn. Tacit. 4. Annal. cap. 68. & 70. Inter Proceres, amicosque etiam Strenae, donaria & xenia, vicissim missis salutis monitis.*

Et damus alternas accipimusque preces.

Ovid. *ibid. v. 76. Ex munusculis in signum amicitiae vel charitatis affluetis, Imperatores deinceps quasi censum annum, titulo Donarij, tyrannicè fecere. Accepit Augustus, immo in eius blandimen Romani (inquit Sueton. in eo, cap. 57.) Kal. Januarijs jaciebant Strenam in Capitolio etiam absenti: ex qua summa pretiosissima Deorum simulacra vicatim dedicabat. Praecipuum cum insigni templo, fuit simulacrum Apollinis Sandalarij; Ex strena (inquit Rosin. 2. cap. 7.) quam ipsi equites Kal. Januar. in Capitolio praebant. Dicitur est Apollo Sandalaris, quod Sandalijs ejus simulacrum esset ornatum, cum aliorum Deorum starent nudo pede. Theodor. Pulman. Annotat. in Sueton. De Strenis Augusti, adi 1. Febr. num. 15. Avidè accepit Caligula: idem in eo, cap. 42. Claudius penitus iustulit, ne gravaret cives: Uvolfgang. Lazius. 10. Reipubl. Rom. cap. 9. Tiberius imposuit modum. Prohibuit edicto, Strenarum commercium, ne ultra Kal. Januarias exerceretur: Sueton. in eo, cap. 34. De Strenis, fusè Carol. Neapolit. in 1. Fastor. à v. 68. & Casiodor. lib. 6. Epist. 7. & Tertull. de Idololat. cap. 10. Etiam tunc ex fisco Strenis conferebantur literatis ac militibus de Republ. benemeritis; ut dicitur leg. 4. C. de Advocat. Ab Octaviano introductam Strenarum consuetudinem, autumant Commentatores Suetonij loc. cit. Sed Strenarum usus ab exortu penè Urbis Martia adolevit, auctoritate Tatij Regis, qui verbenas felices arboris ex luco Strenae, anni novi auspice primus accepit. Nomen indicio est, viris strenuis hac convenire ob virtutem. Symmach. lib. 10. Epist. 28. Lucus dicitur Streniae, quippe apud illos, Strenia Dea eò quod praecisset xenijs seu muneribus, Kalend. Jan. dandis & accipiendis: Fest. Pompejus, lib. 17. & Tertullian. de Idololat. cap. 14. hicque Pamel. n. 106. Ethnici, uti avari & rapacissimi, non solum munera volebant, sed etiam adorabant. Aedes Strenig*

Condamatio criminum.

Ovid.

Strenae.

Apollo Sandalaris.

Unde origo.

Dea Strenia: imago: dicta Carina.

in 4. Regione collocat Non. Marcell. cap. 1. n. 56. Imago erat cum cornu Amaltheae: ipsa autem cuidam sinum pandenti, aliquid inspergere videtur. Hemcler. Numism. tab. 24. Eadem in Regione sub nomine Carinae Deae signant P. Victor, Panvin. & Marc. Varro, 4. de Ling. Latin. Pulchrum avaritiae velum: Simulacra Gentium argentum & aurum: & in Strenis opera manuum hominum.

5. Propter affinitatem cum Ethnicis superstitionibus in primitiva Ecclesia inhibita etiam Strenae Christicolis: constat ex can. Non observetis, 26. quæst. 7. ubi quæ hoc die fiebant, exponuntur perspicue. Dies (dicitur) qui dicuntur Aegyptiaci, aut Kalendas Januarij; in quibus caninela quadam & commessationes, adinvicem dona donantur, quasi in principio anni boni fati augurio: sive qui per quosdam numeros literarum & Luna, & per Pythagoricam necromantiam, agrotantium vitam vel mortem, vel prospera vel adversa futura inquirunt, sive qui attendunt somnialia scripta, &c. Idem. can. non liceat, ibid. cap. 3. & 6. can. Non licet, cap. 12. Pythagorica necromantia erat ludus dictus Pythagus per speculum. Siquis speculum sanguine scribat, & excaret quæ voluerit; cum alium monerit, ut stet pone se, ostendet ad Lunam literas, & qui prope est intendens oculos in circulum Lune leget omnia, quæ scripta in speculo. Bulenger. ex Suida, de Ludis Veter. cap. 30. Rhodigin. lib. 9. cap. 23. & Nos, Tom. 6. T. 8. num. 22. Alia referuntur Penitential. Rom. can. 88. Observasti Kalendas Januarij ritum Paganorum, ut vel mensam tuam cum lapidibus vel epulis in domo preparares, aut per vicos & plateas cantores & choros duceres; aut circa tectum domus tua sederes ense tuo circumsignatus, ut ibi videres & intelligeres, quid tibi in sequenti anno futurum esset, vel in bivio sedisti super taurinam cutem, ut & ibi futura tibi intelligeres: vel si panes praedicta nocte coquere fecisti tuo nomine; ut si bene elevarentur, & spissi & alti fierent, inde prosperitatem vita tua eo anno praevideres. Ex his decretis constat, quid Kalend. perficiebatur ab Ethnicis: additurque ubi supr. can. Siquis quid in mensa Hecates in trivio, de quo num. 21. His ergo intelligerit cur Concilia, ut Antiodorens. can. 1. & Tolestan. 4. can. 10. Sanctique PP. uti Ambros. serm. 11. August. de Temp. 215. Isidor. de Ecclesiast. Offic. cap. 41. Chrysolog. serm. 155. Maxim. Homil. in Kal. Jan. & Alcuin. de Divin. Offic. cap. 4. invehantur in Christicolos Ethnizantes. Inter reliqua modestiae invisâ, pelle cervinâ, aut vitulinâ

Superstitiones Ethnicorum Kalend. Jan.

Qui Pythagus ludus ad Lunam?

Mensa for. tunc.

Quid vagatio in circulo, aut vitulo?

induebantur; ut sub illa larva celata persona, plus pateceret sine fronte lascivia, in quem ritum vehementer succentent PP. Ritus à Paganis: etenim post sacra execranda, diversis belluarum horridis larvis ac veste muliebri, & è contra, per urbem male feriatu vagabantur. Buchard. lib. 19. cap. 5. Item olim quousque Ethnica superstitione abolita, inhibitu Christianis, hac die lauro vel alijs ramis postes ornare domus, vel vestibula. Martin. Bracharenf. Collectan. cap. 73. Gentiles pridem & lauro tunc limina coronabant, & lucernas appendebant. Domus tota lauris obfita, & tectis lucida. Apulei. lib. 4. Metam. Juvenal. Satyr. 12. v. 89. uti diximus in Prolog. §. 9. n. 1. Catull. Carm. 65. v. 292.

Hac circum sedes late contexta locavit, Vestibulum ut molli velarum fronde vireret.

In rem graphicè Tertullian. lib. 2. ad Uxor. cap. 6. Moratur (inquit) Dei ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus honoribus demonum omnibus solemnibus Regum incipiente anno, incipiente mense, & procedit de janua laureata & lucernata, ut de novo consistorio libidinum publicarum.

6. Consules electos, indutos purpurâ ac bysso candidissimâ, sequebantur Urbis artifices in Jani delubrum.

Vestibus intactis Tarpejas iur in arces,

Et populus festo concolor ipse suo est.

Ovid. d. v. 79. Tunc artifices renovabant quæque ad artem instrumenta. Horat. lib. 2. Satyr. 6. à v. 20. & pro auspicio aliquod munus Jano offerebant; ut toto anno agentes, illum haberent propitium. Ibid. Ovid. à v. 167. Alia videris apud Dempster. in Rosin. 2. cap. 3. Sacrificium pridem erat tenuissimum ac exiguum, ut ait Ovid. à v. 191. nihilominus tamen offerebatur Janual, genus libi singularis. Fest. Pomp. & Stuck. de Sacrific. Gemil. cap. 78. & quia primus aras & sacra instituit, illi in omni sacrificio primitiæ dedicabantur, præmittebatur precatio, prælibatis farre ac vino. Q. Fab. Pictor de Aureo secul. lib. 1. fiebant tunc divinationes in falsa mola, quæ nihil aliud erat, nisi spira ex farre, sale & aqua ritè composita, & sine qua litari nequibat. Virgil. Eclog. 8. v. 82-2. Aencid. v. 133. & lib. 4. v. 517. latè Stuck. d. cap. 165. Propterea cum nullum diem faustum suspicarentur sine Jani auspicio (maximè cum Numina in homines demulceret, ac placaret, preceque illorum in cœlum perduceret, ut per ejus interventionem, aperta Olympi janua, possent transire) cum pro coeli januis altare crediderunt; quia preces haud poterant illuc

Prof. natu ludiones.

Lucerne & ramis in postibus domorum.

Catull.

Ovid.

Janual.

Sal.

Janus Philanthropus.

pervenire, nisi Janus januam patefaceret. Chartar. in eo, fol. 28. Ideo illi principium anni, pluraque solemnia in hoc mense dicantur. Cicer. 2. de Natur. Deor. Gyrald. Syn- tagm. 4. n. 30. & Martial. 8. Epigr. 8. plura refert.

Principium des, Jane, licet velocibus annis

Et renoves vultu secula longa tuos

Martial.

Te primum pia thura rogent, te voce salvent,

Purpura te felix, te colat omnis honos.

Vinum & primitiæ.

Vinum illi prælibatum in omni sacrificio, quia Janum à Jan (sonante Vinum lingua Ara- meà, idest, Afsyria) afferit Anonym. Ob- servat. in Natal. Mythol. cap. 12. quasi Janus, vitis fructus, à Noë fatæ, ex qua utile ingent- que hominibus commodum; etsi multi Ja- num derivent à Japhet. Cuncta rident Ter- tull. Apolog. cap. 11. & August. 7. Civ. à cap. 7.

Deus Deo- rum.

Deum Deorum, idest, supremum, primum- que Deum, vocat Macrob. 1. Saturn. cap. 9. Iccircò etiam à Rosin. lib. 20. cap. 20. dicitur Pan, scilicet, Omnia. Berofus lib. 2. Apud Scythas (ait) Noam omnium Deorum majorum & minorum patrem, & humane gentis au- ctorem, & Chaos & semen mundi. Ovid. d. v. 87.

Pan & Ver- tumnus.

Quem tamen esse Deum, te dicam Jane bifro- nis? Ovid. Nam tibi par nullum Græcia Numen habet. Quia Deus primus & omnia, etiam dictus est Vertumnus; igitur in cuncta vertebatur. Argumentum illustrat Annus Viterbens. in Eleg. 2. lib. 4. Propert. Incipit: Quid mira- re meas tot in uno corpore formas? Agemus, 27. August. ubi de ejus veste, mirâ formarum va- rietate decorâ.

Ovid.

7 Ascendebant Romani his Kalend. in Capitolium, juxta quippe erat templum Jani, qui Capitolij dicebatur Custos. Ita in Append. ad Remp. Rom. §. 6. de Urb. mirabi- lib. Ibi imago Jani bifrontis. Janus Geminus à Numa Rege dicatus, qui pacis bellique argumen- to colitur, digitis ita figuratis, ut 365. dies notâ, per significationem anni temporis & ævi se Deum indicaret. Plin. lib. 34. cap. 7. Indicem pacis (inquit Liv. lib. 1. sect. 58.) bellique fecit; ut in armis esse civitatem, apertus; clausus, paca- tos circa omnes populos significaret. Procop. lib. 1. Bell. Goth. statuam æream & æreum fa- cellum Jani in medio foro fuisse, tradit, è Capitolij regione supra locum, qui di- cebatur Tres Parce; tantâ amplitudine, quanta fatis esset ad excipiendam imagi- nem quinque pedum altam. Dum dicitur habuisse notam numeri 365. non nu- merus intelligendus; sed tantum speci- men ex dispositione digitorum, ut notat Macrob. d. & Gyrald. 4. n. 27. De forma-

Custos Ca- pitolij.

tionem digitorum manuumque in diversas pro numeri significatione figuras; ex Beda Tom. 1. sumpserunt Rhodigin. lib. 23. cap. 11. & 12. Pier. Valer. lib. 37. cap. 1. & Demp- ster. in Rosin. 2. cap. 3. Apud Persas hoccine intuitu, imaginem Solis crystallo inclusam, & ejus sacrificulos sequebantur 365. juvenes, puniceis amictibus velati, diebus totius anni pares numero: Q. Curt. lib. 3. cap. 3. Etiam signa- tus Annus apud Indos, per 365. gradus ex Sapphiro lapide purpureo in templo Bac- chi (idest, Solis, ut ait Macrob. d. cap. 18.) Epiphani. de 12. Germ. cap. 5. Annus quò sup. in Prop. astruit, hujusmodi imaginem bifrontis Jani factam à Mamurio Osco (de quo 1. Mart.) manibus gestantem scep- trum, claves, & numerum 365. Qui Noa- chum, vel Japhet faciunt Janum, bifron- tem dicunt, quia vidit mundum primum & novissimum: illum per aquam deletum, & hunc delendum per ignem; quæ notitia apud Profanos etiam viguit: adi Ovid. 1. Metamorph. fab. 7. Lucan. 5. Phars. v. 95. Virg. 4. Eclog. à v. 50. Senec. de Consol. ad Martiam, cap. 26. & Plin. lib. 2. cap. 106. Tanquam temporis mundique Janitori clavem tri- buebant (ait Stuck, d. cap. 25.) & finxerunt bifrontem, ad anni principium atque finem: sive tempus præteritum & futurum: & binas ei tribue- runt facies, unam adolescentis & alteram jam grandis natu; quarum altera temporis mox ad- venturi, altera temporis præteriti erat signum. Errat Stuk in facierum positura, quippe prima erat senis, posterior juvenis; ut ait Chartar. d. fol. 32. equidem per geminam ficcine formam signabatur mundus, qui dum aquis senex suffocatur, per aquas ju- venescit.

Janus Ge- minus.

Ut nunc edocuit, populos sic posse necari; Ipse docebit, aquis populos sic posse renasci. Accinit Mar. Victor, lib. 2. Genes. v. 557. etli Janus mundum senescentem vidit, & post florentem; alior mythologiâ micat al- legoria. Mundus homo est, quia microco- smus: primòque senis, deinde præ se fertur facies juvenis; quia quod feminatur corpus animale, surget virtute cœlesti corpus spiri- tale, ceu juvenile. Ergo in propositum.

Ejus nota.

8 Duplici facie & clave ornabatur Janus; eò quod princeps clauderat, & aperiebat annum. Annorum, nitidique sator pulcherrime mundi, Publica quem primum vota precesque canunt. Martial. 10. Epigr. 28. Alij, quia postquam Romulus & Tatius in foedera convenerunt, Jano bifronti statuam dedicaverunt; quasi duo- rum populorum vinculum in unam gentem &

Imago Solis in crystallo.

Templum.

Insignia Jani clavis & sceptrum.

Cur Janus bifrons?

Mar. Victor.

Martial.

Martial.

Martial.

Martial.

Martial.

& urbem. Annus d. Natal. Comes, 2. My- tholog. 2. Barth. Marlian. in Topograph. Rom. cap. 7. & in Epitom. lib. 4. capit. 1. & Ovid. d. à v. 260. A Numa erectam imaginem vi- dimus ex Plinio, & refert Plutarch. in eo, subdens: Janus inter Antiquissimos, sive Deos, sive Reges, unus fuisse perhibetur, civilis so- cietatis & cœtus hominum studiosus; qui vita- rationem de bellina & fera humanam rede- gerit: ideo eum bifrontem fingunt; ut qui vi- ta aliam, quam antè fuerit, formam indu- xerit. Templum habet Roma duabus januis clau- sum, quæ Belli portæ dicuntur. Statum est, ut quando bellum geritur, aperiatur id templum; pace reddita, claudatur. Hoc posterius difficile fuit, & raro contigit; propterea quòd Roma- num imperium nunquam non aliquo bello occu- patum est, cum propter amplitudinem suam, à circumfusis per orbem barbaris identidem in- festetur. Ita etiam cuncti Virgilij Com- mentatores ad illud 7. Aneid. v. 607. Sunt gemine belli portæ, &c. Visum ter tan- tum: sub Numa, qui templum cum ima- gine erexit, Coss. M. Atilio & T. Man- lio, ac Octaviano imperante; quia juxta plures AA. solus ter clausit. Sueton. in eo, cap. 22. Schild. Casaubon. & Beroald. hic; Dio, lib. 33. Oros. lib. 6. cap. 20. Just. Lipsius, 2. Elector. cap. 20. Plutarch. in Numa. Tit. Liv. 1. sect. 58. Flor. libr. 2. cap. 3. Natal. à Comitib. 2. Mytholog. cap. 2. Rosin. lib. 2. cap. 3. hicque Dempst. iteratque Plutarch. Rom. qq. 22. Hac de causa Janus dicitur Clausus & Patulcius, quia clauderat & aperiebat geminas belli portas. Gyrald. Syn- tagm. 4. num. 31. Vives in 7. Civ. cap. 7. (etli Superum & Inferum dicat janitorem) Ma- crob. 1. Saturn. 9. & Marlian. lib. 3. cap. 8. Pridem, qui modò geminus, simplici facies; quia bella tunc non ignota modò, sed ne cogi- tata in mentem venerant. Fab. Pictor, d. Cau- sa, quare tempore belli templum Jani aperitur, à Macrobio loc. cit. narratur. Cum bello Sabino (inquit) quod virginum raptarum gratiâ commissum est, Romani por- tam, quæ sub radicibus collis Viminalis erat, quæ postea ex eventu Janualis vocata est, clau- dere festinant; quia in ipsam potenter hos- tes irruerant; postquam est clausa, mox spon- tè patefacta est: cumque iterum ac tertid idem contigisset, armati plurimi pro limine, quia claudere nequibant, custodes steterunt: cum- que ex altera parte acerrimo pralio certare- tur; subito fama pertulit, fusos à Tatius nos- tros: quam ob causam Romani, qui aditum tuebantur, territi profugerunt. Cùmque Sabi- ni per portam patentem irrupturi essent; fer- tur ex ade Jani per hanc portam, magnam

vim torrentium, undis scærentibus erupisse; mul- tasque perduellium catervas aut exustas fer- venti aqua, aut devoratas rapida vortigine de- perisse. Eadem Smet in Kalend. & Ovid. d. v. 269.

Ovid.

Oraque, qua pollens ope sum fontana reclusi, Sunque repentinas ejaculatus aquas.

Antè ramen madidis subjeci sulphura venis, Clauderet ut Tatius fervidus humor iter.

Originem hujus fabulæ Fab. Pictor ostendit; lib. 2. Cùm offendisset (ait) Capitolium caprum à Sabinis, & Romulus audax sub Capito- lium Sabinos aggressus vulneratus fugeret, illum- que ad portam Palatinam secuti Sabini Romæ potituri viderentur; illud Galeritus à Quirinali delapsus, viamque retrò in Capitolium pedem ferendi adimens (ubi nunc Janus Quadri- frons) à tergo Sabinos aggressus (unde fabula ejaculata aqua sulphurea est) in fugam verit. Illustrat Annus hic.

9 Hoc templum juxta Capitolium (de alio in foro Transitorio quò translata ima- go erecta à Numa, dicemus die 8.) erat ce- leberrimum, in cujus vestibulo cum insigni- bus præfatis, Janus insigni folio sedebat. Chartar. fol. 34. Ejus imago Kal. Jan. co- ronabatur lauro nova, Dempster. d. vel co- ronâ spiceâ; ut observat Claud. Minos in Emblem. 18. Alciat. Janum utique hoc no- minatissimum, cum Romæ tot essent Ja- ni, insit Ovid. d. v. 257. Celebris mercato- rum locus: ait P. Victor in Region. Urb. 8. Ibi erant duæ Jani imagines juxta eun- dem ibid. Alij signant tres Jani statuas, sed conventio ad Janum Medium, ut no- tant Dalecamp. in Plin. libr. 34. capit. 7. Janus Me- dius quid?

Clausus & Patulcius.

Mar. Victor.

Mos & cul- tus debito- ris cum sus- nerante.

Aque fer- ventis egre- se ab ejus ade.

Tom. I. Ephem.